

99 3 164



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-202158-p0002-3

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-202158-p0003-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-202158-p0004-4

DFG

*EXAMEN INSTITVTVM*  
*Disputationis*  
**DE PRÆDESTINA-**  
**TIONE.**

*S V B*

**PRÆSIDIO (DEI AVXILIO)**  
*Reverendi & Clarissimi Viri*

**D. SAMVELIS HVBERI**  
BERNENSIS HELVETII S. S.  
Theologiae Professoris publici,

*A*  
**M. BARTHOLOMÆO REISIGIO**  
*Dresdensi, S. S. Theologiae Studioſo, & Illuſtriss:*  
*Elect: Saxonie alumno*

*IN*  
**Celeberrima VVitebergensium Academia, die**  
**VI. Junij Anno 1593.**

**VVITEBERGÆ,**  
**Typis Zachariæ Lehmanni.**  
**D. M. XCIII.**



REVERENDIS ET CLA-  
RISSIMIS VIRIS

Dn. MARTINO MIRO S. S. Theo-  
logiæ Doctori, veræ Christianæ & Lutheranæ  
Religionis propagatori :

ET

Dn. MATTHÆO TRAGEN eiusdem  
Religionis acerrimo defensori, Concionatori-  
bus DRESDENSIVM aulicis.

ET

NOBILISSIMO AC OMNIVM  
virtutum genere præstantissimo viro Dn. IO-  
HANNI GEORGIO à Bunicau, à Secretis  
Consilijs Illustriss: Principissæ, Illustriss: Dominos-  
rum hæredum, nec non totius ducatus Saxonici,  
Civitatis Lipsensis, Grimmensis &  
Lucensis Capitaneo,

Mæcenatibus, Promotoribus & Dominis suis  
unice amandis & colendis.

M. BARTHOLOMÆVS REISIGIVS  
Dresdensis, debita animireverentia & observantia hasce suas  
primitias temes offert, oblatas consecrat, consecrataq.  
eas esse maximopere rogat.



997 A64

# THE S I S I.



Oluntatem Dei non esse multivariorum  
sed unicum, non malam sed bonam, nullam in D E O  
reperiri Contradictoriam satis precedens de D E I. providen-  
tia disputatio declaravit.

## II.

Ad hanc prouidentiam divinam cum articulus iste, non  
ex humani ingenii acumine excogitatus, tanquam speciale cognatum, de omnium  
hominiū prædestinatione pertineat: Præsentem hanc disputationem, juxta que-  
stionem Methodicam de I L L O., non ab arcana Dei voluntate tanquam inscruti-  
bili, non ab humanae rationis iudicio, tanquam nihil percipiente aut intelligente I.  
I. Cor. 2. vers. 14. non à lege, diversum quid semper statuente, sed ab unica illa in I I I.  
Evangelio revelata voluntate, pendente, instituere visum fuit, quò manifestò ap-  
pareat quid de hoc ex sacris literis, & eam ipsis credendum aut statuendum sit.

## III.

Dico autem τὸν προορισμὸν suam à προετοίᾳ ( inter alia significante destina-  
re, decernere ) ducere originem, ob id, quod D E V S ab aeterno prædefinivit homi-  
nem diligere in dilecto suo, & eos qui gratiam ipsius sint recepturi aeterna beatitu-  
dine glorificare. Ephes. 1. & 2. Eos vero qui gratiam & dilectionem ipsius essent  
a se repulsi, sub iudicio irae sue perpetuo punire. Ioh. 3.

## III I.

Nęq; in hoc articulo vocabulum προορισμός cum electionis vocabulo, ex  
scriptis Paulini desumpto, pugnat, sed est una & eadem tam ratio quam conve-  
nientia utriusq; si loquamur de eis, qui gratiam amplectantur.

## V.

Hanc doctrinam sanctissimam non esse figmentum quoddam humanum, sed  
fundatam in S A C R I S, & dicta & exempla Scriptura abundè demonstrant.

## VI.

Ita enim ipse Moses, ne I E H O V A H totum populum ob Deos aureos fa-  
brefactos puniat, alloquitur: Obsecro, peccavit populus iste peccatum grande:  
Fecerunt sibi Deos aureos. Nunc autem aut remittas peccatum eorum, aut si non,  
dele Me ( inquit Moses, ) precor, de libro, quem scripsisti. Exod. 32. v. 31. 32.  
Esa. 6. v. 9. 10. & 11. Matth. 20. v. 6. Ioh. 6. v. 44. idem cap. 15. v. 16. Idem  
cap. 17. v. 6. & 12. Rom. 3. v. 30. Ephes. 1. v. 4. 5. 6. & 11.

## VII.

In prima creatione Ipse I E H O V A H substantias & corporeas & ine-  
porreas condidit, harum aliae permanerunt in statu innocentie & integratatis, que  
vocantur Angeli boni, aliae vero ob superbiam nimiam & cupiditatem adversus F I O  
L I V M D B I sese sponte creatori opposuerunt, & ha- vocantur Angeli mali,  
in quorum numero primatum Beelzebub princeps demoniorum tenet.

## VIII.

Illarum vero scilicet corporearum & quidem rationalium prima, A D A M  
vocata, sicut & huius tota posteritas ad vitae aeternae hereditatem ante mundi con-  
stitutionem fuit in hanc lucem producta. Gen. 2. Eph. 1. v. 4.

## IX.

Hec creatura ad imaginem D E I condita, quid unquam dedit aut potuisse  
D E O dare, qualia habuit bona aut merita, totum est divine gratiae & providen-  
tiae tribuendum.

## X.

Sicut vicissim hominis perditio, non D E O sed homini est ascribenda, de  
qua infra plura.

## XI.

Ex numero duodenario Apostolico prodeunt duo a D E O conditi, unus P E-  
T R V S, alter I V D A S, uterque a Deo ad Apostolatum vocatus, uterque in Filium  
D E I perfidus: Ille post lapsum horrendum actaque prius penitentia recipitur &  
ante constitutionem huius mundi ad vitae aeternae hereditatem eligitur: Hic vero  
nec recipitur nec eligitur. Quale P E T R V S attulit aut potuit afferre adiu-  
mentum? Nullum, certe nullum.

## XII.

Quid nos, hisce temporibus viventes, dedimus aut potuimus D E O dare, ut  
nobiscum in creatione & post illam ita egeret: Nonne omnium viventium & vi-  
etorum una & eadem est conditio, ut minime omne id, quod sumus solus Dei  
misericordia id sumus? nonne nobis confusio, Domino autem iusticia omnis debetur?  
Dan. 9. v. 7.

## XIII.

At quis in causa sit illius damnationis & perditionis quam plurimorum ho-  
minum, an D E O illa affingenda sit (quod absit) an vero ipsis hominibus, in rei  
veritate recta & ascribenda sit, post constitutam & per causas demonstratum  
definitionem Prædestinationis videbimus.

## XIV.

Si generaliter eam definiamus, est illud D E I beneplacitum gratuitum, quo  
homines

homines voluit ad vitam & gaudium celestis fruitionem creare, & post creationem lapsos restaurare per Christum, sicut eam ob causam FILIUM misit toti mundo in redemtionem. 1. Ioh. 2. 2. Cor. 5. Specialiter autem prædestinatio intelligitur, cum secundum rationem regni sui, quia vult, ut homines ipsius verbum audiant, & gratiam fide accipiant, istos ordinat & in FILII sui regno conservat, qui granam fide amplectuntur, illosque in numerum filiorum afficit.

## XV.

Huius prædestinationis causam efficientem unam cum Apostolo Paulo, ac eam principalem, pono. DEVM. Is enim est qui nos elegit. Eph. 1. v. 4.

## XVI.

Impulsivam causam duplicem. Internam & externam statuo. Interna est GRATIA Dei, quæ respectu nostri mere est gratuita, gratuitaque nobis offertur, & deinde MERITVM illud redemptoris nostri unici, in QVO nos sumus electi. Ibid. Externa vero causa impulsiva, sunt totius generis humani misericordie.

## XVII.

Subiectum seu materia in qua, sit, inveniatur & tota fundetur prædestinationis (in voce specialiter usurpata) sunt OMNES credituri & in illa fide constanter permansuri usque ad extremum vite habitum.

## XVIII.

Forma est illa adoptio in filios, non quidem naturales, sed adoptivos, quorum iuxta benedictionem & præparationem æternam est regnum cœlorum. Mattb. 25. v. 34.

## XIX.

Instrumentalis causa quoque duplex apparcat, una recipiens, altera exhibens. Exhibentem causam tanti beneficij ipsum Christum pronunciantem de se ipso per Euangelium, se missum esse ob id in mundum, ut hanc Patris sui voluntatem manifestaret. Recipientem vero FIDEM veram & non simulatam invenio.

## XX.

Finem denique cum ipso Paulo duplarem, ordinatum scilicet ut laudationem gloriae illius ineffabilis gratiae Dei immense, & subordinatum, ut apparitionem eam ipsius constituta, in omni sanctitate & irreprehensione, considero.

## XXI.

In hac doctrina cum tria inveniantur, quorum primum vocatur πρόοντας, alterum πρόεστος, tertium denique πρόνοιας, atque de ultimo satis in præcedenti disputazione fuerit dictum, non ea, per ratiocinacionem hic repetenda esse, quisque videt.

## XXII.

Primum autem illud est, quo Deus ab aeterno scit & intelligit omnia, etiam si sunt presentia, praterita aut futura, sive ea bona sive mala appareant aut excitant.

illa quidem, ut scit ita quoq; facit: Hæc verò ut si sit, nequaquam tamen facit, sed tantummodo, non uoluntate antecedente sed consequente, hoc est, respiciente & puniente malitiam antegressam, permittit.

### XXIII.

Ex quibus liquido apparet causam illorum malorum operum, quæ tandem æterna illa damnatio sequitur, I. non in Deo, II. non in voluntate quadam eius nuda, sed unicè, propriè & solummodo in peccatis Ezech. 28. v. 24. & in finali illa incredulitate consistere. IV. Esd. cap. 8. v. 55. 56. Ios. 11. v. 20. Marc. 16. v. 16. Luc. 14. v. 18. 19. Ioh. 3. v. 19. Rom. 9. v. 31. Rom. 11. v. 19.

### XXIV.

Est enim Dei promissio de omnium hominum salute V N I V E R S A L I S, Esa. 53. v. 6. Dominus super IPSVM (qui solus intelligendus est Christus) posuit. OMNIVM nostrum iniuriam. Ezech. 33. v. 11. Joel. 2. v. 32. Matth. 11. v. 28. Marc. 16. v. 15. Act. 10. v. 43. & cap. 17. v. 30. Titum 2. v. 11. 2. Pet. 3. v. 9.

### XXV.

Illam autem ut sibi non omnes applicent (etiam si fides non sit Omnium) neg<sub>3</sub> ea ratione D E V S erit in causa: Nam y qui planè Dei verbo carent, non D E V M, sed majorum suorum partim ingratitudinem, partim quoq; propriam in inquirendis dictis de Dei voluntate cultuq; ipsius, tanquam in excelsò loco consitulo, & de ipsorum salute, accusent negligentiam, quæ omnia & I. per naturale salutis desiderium, & II per noticiam in operibus visibilibus propositam, & III. per constantem de I E S V Nazareno famam ipsis existant possilia.

### XXVI.

Deinde, qui sacrosancti huius verbi tantam habent particulam, erroribus undiqueq; circuminctam, si & ipsi in erroribus receptis, fidemq; habatis, pereant, non Deo sed dætoribus atq; doctoribus erroneis causam asscribant.

### XXVII.

Deniq;, quod non omnes in illo cœtu, ubi purum & sincerum verbum prædicatur & docetur, id verbum sibi addicent & vendicent, parabola illa de quadruo pluri semine monstrat, an I P S E cœlestis agricola, an vero auditores sui sint in causa. Luc. 8. v. 5. 6. 7. 8.

### XXVIII.

Ex quibus iam enumeratis adhuc certò imò certissimè statuendum esse, iudico, nullam à Deo pendere particularitatem, sed ab H O M I N I B V S, neg<sub>3</sub> eam esse oppositam promissionum uniuersalitatiz. Omnis enim lingua confitetur, hanc Dei esse voluntatem, ut O M N E S, O M N E S dico, (non A L I Q U I) salvi stiant & ad agnitionem veritatis perveniant. Act. 17. v. 30. 1. Timoth. 2. v. 4. Ioh. 6.

neg<sub>3</sub>

neq; ull'a alia ratione quam ipsorum propria in peccatis diem suum obesint. Ezech.  
13. v. 31-32. Os. 13. v. 9. Matth. 23. v. 35. Hoc tenus de προγνώσει.

### XXIX.

Alterum est in hac doctrina: Actio divine voluntatis. qua D E V S ab eterno  
eventus bonos ab I P S O postea productos, decernit, aut ut ipsi siant, facit. Sicut  
hoc decretum divinum per resurrectionem illam mortuorum probatur: Ea enim fit,  
quia ab eterno D E V S eam praescit, & ut fiat, instituit.

### XXX.

Huic decreto divino subordinata etiam est Electio, quam secundum do-  
ctrinam Paulinam prædestinationem nominamus: Nam & IPSE Altissimus hanc elec-  
tionem praescit, & certè eam constituit, imò ut fiat, facit. Matth. 11. v. 26. Eph. 1. v. 11.

### XXXI.

Ergone prædestination facit (cum quoq; secundum August. in articul: falso  
ipsi impositis, respons: 12. fundamentum Dei stet firmissimum: Cognovit Demas-  
nus qui sunt eius). Timoth. 2.) ut aliqui ex filijs Dei siant filii Diaboli, aut ut ex  
templo spiritus sancti, siant templæ demonum.

### XXXII.

Minime. Absit hoc alienum à nobis & ab omnibus dictum sacrarum literariorum  
verè sequentibus quam longissimum. Imò hæc prædestination contrarium nobis  
re ipsa demonstrat, cum ea potius ex filijs Diaboli faciat filios Dei, & ex templis dæm-  
onum, templo spiritus sancti, multuq; causa standi, N U L L I S autem causa  
labendi existat.

### XXXIII.

Hinc prædestination efficit: I. priam vocationem. Rom. 8. v. 30. II. Iustificationem. Ibid: III. Glorificationem. Ibid: IV. Conformatatem imaginis Filij Dei. Ibid: V. Liberationem a peccato. Ibid. v. 34. VI. Perpetuam & indissolubilem dilectionem. Ioh. 10. v. 28. Rom. 8. v. 35. VII. Vitam sanctam & irreprehensibilem. Eph. 1. v. 4.

### XXXIV.

Cognitionem quam maximam cum hac προθέσει habent προγνώσει illa &  
προφορα, neq; tamen haec cum illa προθέσει est commiscenda.

### XXXV.

Nam providentia divina nullas creaturas etiamsi sint irrationales, neq; quic-  
quam in mundo excludit: Prædestination autem, quia pertinet ad futuri seculi sta-  
tum, & eius est preparatio, ideo tantum homines includit.

### XXXVI.

Sic autem includit, ut D E V S malorum actionum causa nullatenus censem-  
sus sit. Ps. 5. v. 5. Diaboli enim & hominum voluntas malas operantur actiones.

### XXXVII.

Hoc

94 A  
7394

Hæc, puritas tradit scripture universa: Verum addendum iam est, postquam Christus coelestis noster agricola unâ cum suis fidissimis doctoribus semen & quidem bonum (nam uti ipse bonus est, sic quoq; semen, hoc est, verbum suum bonum est) in agrum seminasset, statim ipsum inimicum dormientibus hominibus dispersisse zizania inter triticum seu semen bonum, quæ zizania adhuc quotidiè durant, & aliquoties iterum germinant, vt in hoc quoq; articulo Prædestinationis appearet.

### XXXVIII.

Nam ibi primò Syvermeri, vt Pelagius & cum ipso nostro tempore Pontificij, disperserunt, dicentes: Hominum prædestinationem ad vitam æternam non meras gratias misericordiaq; Dei asseribendam: sed quoq; causam, consistentem in ipsorum bonus operibus, aliquam hominibus inesse, quæ omnia nullum in sacris literis habent locum.

### XXXIX.

Deinde ante annos aliquot Zizania sua inter triticum Calua quedam Cohors innescere voluit, dum proposuit, dixit, scripsit, scriptumq; reliquit: Esse primò voluntatem quandam seu decretum quoddam divinum & arcanum, immutabile, absolutumq;, in quo hæc absolute decreta esse sinit contra manifesta testimonia, Mar. 16. v. 16. Ioh. 3. v. 16.

### XL.

Deinde D E V M ab æterno Q V O S D A M (non O M N E S) meras gratias ad vitam æternam; Q V O S D A M (& ut manifestius dicam maximum partem totius generis humani) ad æternam damnationem creasse & destinasse, ut q; id fecisse ut suum utring; expleret beneplacitum.

### XLI.

Hoc dogma Calvistoicorum, quam sit falsum, impium, imò impientissimum adhuc sacrae scripture dictu, premisionem universalem de O M N I V M humanum salvationem comprehendentibus, confirmo. Matth. 18. v. 6. Ioh. 1. v. 29. 2. Cor. 5. v. 15. 2. Pet. 3.

### XLII.

Secundò, R E N A T O S nullo modo iterum excidere gratia Dei, etiam si tale peccatum committant, quod omnium in terris sit maximum, neq; spiritum sanctum posse amittere, hac eadem Cohors docuit.

### XLIII.

Huius autem cohortis Calvinianæ doctrinæ esse impiam & omnino reij; ciendam, hunc in modum, cùm exemplu ut Aaronis Exod. 32. v. 21. 11. Davidis 2. Sam. 1. v. 4. & 15. Item 2. Sam. 24. v. 2. 1. Par. 21. v. 17. III. Petri. Matt. 26. v. 70. 72. 74. Mar. 14. v. 72. Luc. 22. v. 62. IV. Pauli 1. Cor. 9. v. 27. Tùm dictis Biblicis manifesto asserimus, ut Psal. 51. v. 13. Ezech. 18. v. 24. Heb. 6. v. 4. 5. 6. & cap. 10. v. 26. 27. 2. Pet. 2. v. 20. Apocal. 2. v. 15. 16.

F I N I S.

Perlegi d. 8 Mart.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-202158-p0013-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-202158-p0014-0

DFG

99 3 164

ULB Halle

001 909 223

3





**Farbkarte #13**

B.I.G.



**EXAMEN INSTITVTVM**

*Secundum Disputationis*

**DE PRÆDESTINA-  
TIONE.**

*S V B*

**PRÆSIDIO (DEI AVXILIO)**  
*Reverendi & Clarissimi Viri*

**D. SAMVELIS HVBERI**  
BERNENSIS HELVETII S.S.  
Theologiae Professoris publici,

*A*

**M. BARTHOLOMÆO REISIGIO**  
*Dresdensi, S. S. Theologiae Studioſo, & Illuſtriss:  
Elect: Saxoniæ alumno*

*IN*

*Celeberrima VVitebergensium Academia, die  
VI. Junij Anno 1593.*

**VVITEBERGÆ,  
Typis Zachariæ Lehmanni.**

**D. M. XCIII.**

